

# Capitulum I

Llegiu el text següent i feu els exercicis que hi ha a continuació:

## Prōvinciae Rōmānae

In imperiō Rōmānō sunt multae prōvinciae. Hispānia et Gallia sunt prōvinciae Rōmānae. Britannia quoque prōvincia Rōmāna est. Hispānia et Gallia et Britannia trēs prōvinciae in Eurōpā sunt. Ubi sunt prōvinciae Syria et Aegyptus? Syria in Asiā est, Aegyptus est in Āfricā. Britannia ĩnsula est. Num ĩnsulae sunt Gallia et Hispānia? Nōn sunt ĩnsulae; sed Corsica, Sardinia, Sicilia ĩnsulae sunt. Māgna ĩnsula est Britannia. Sicilia quoque et Sardinia et Corsica māgnae sunt ĩnsulae. Melita ĩnsula parva est.

1. Canvieu el nombre dels sintagmes següents:

- Plurālis: prōvinciae Rōmānae; Singulāris: \_\_\_\_\_
- Singulāris: prōvincia Rōmāna; Plurālis: \_\_\_\_\_
- Singulāris: ĩnsula; Plurālis: \_\_\_\_\_
- Singulāris: māgna ĩnsula; Plurālis: \_\_\_\_\_
- Singulāris: ĩnsula parva; Plurālis: \_\_\_\_\_

2. Poseu els adjectius següents en la forma pertinent:

- \_\_\_\_\_ (multī) prōvinciae
- prōvinciae \_\_\_\_\_ (Rōmānus)
- prōvincia \_\_\_\_\_ (Rōmānus)
- \_\_\_\_\_ ĩnsula (māgnus)
- ĩnsulae \_\_\_\_\_ (māgnus)
- ĩnsula \_\_\_\_\_ (parvus)

3. Responen les preguntes següents en llatí:

- Num paucae prōvinciae sunt in imperiō Rōmānō?
- Ubi sunt Britannia et Hispānia?
- Num Syria in Āfricā est?
- Ubi est Aegyptus?

- Quid est Britannia?
- Estne Britannia īnsula māgna?
- Num Melita īnsula māgna est?

Quid est Brundisium? Brundisium oppidum est. Quid est Dānuvius? Dānuvius est fluvius. Rhēnus quoque fluvius est. Rhēnus et Dānuvius sunt duo māgnī fluvīī in Eurōpā. Nīlus quoque māgnus fluvius est. Estne Nīlus in Eurōpā? Nōn in Eurōpā, sed in Āfricā est Nīlus. Num Rhodus fluvius est? Nōn fluvius, sed īnsula est. Rhodus est īnsula Graeca. In Graeciā multae sunt īnsulae parvae et māgnae.

4. Canvieu el nombre dels sintagmes següents:

- Plurālis: māgnī fluvīī; Singulāris: \_\_\_\_\_
- Singulāris: oppidum; Plurālis: \_\_\_\_\_
- Singulāris: fluvius; Plurālis: \_\_\_\_\_
- Singulāris: māgnus fluvius; Plurālis: \_\_\_\_\_
- Plurālis: īnsulae parvae et māgnae; Singulāris: \_\_\_\_\_ et \_\_\_\_\_

5. Poseu els adjectius següents en la forma pertinent:

- \_\_\_\_\_ (māgnus) fluvīī
- \_\_\_\_\_ (māgnus) fluvius
- īnsula \_\_\_\_\_ (Graecus)
- \_\_\_\_\_ (multī) īnsulae \_\_\_\_\_ (parvus) et \_\_\_\_\_ (māgnus)

6. Responeu les preguntes següents:

- Num Dānuvius oppidum est?
- Estne Rhēnus fluvius?
- Ubi sunt Rhēnus et Dānuvius?
- Num parvus fluvius est Nīlus?
- Ubi est fluvius Nīlus?
- Quid est Rhodus?
- Num paucae īnsulae sunt in Graeciā?

INSVLA et OPPIDVM vocābula Latīna sunt. In vocābulō INSVLA sunt sex litterae: littera p̄īma I, secunda N, tertia S... I est littera et numerus. Numerī p̄īmī sunt I, II, III, litterae p̄īmae A, B, C.

7. Canvieu el nombre dels sintagmes següents:

- Plurālis: vocābula Latīna; Singulāris: \_\_\_\_\_
- Plurālis: litterae; Singulāris: \_\_\_\_\_
- Singulāris: littera p̄īma; Plurālis: \_\_\_\_\_
- Singulālis: numerus; Plurālis: \_\_\_\_\_
- Plurālis: numerī p̄īmī; Singulāris: \_\_\_\_\_
- Plurālis: litterae p̄īmae; Singulāris: \_\_\_\_\_

8. Poseu els adjectius següents en la forma pertinent:

- vocābulum \_\_\_\_\_ (Latīnus)
- littera \_\_\_\_\_ (secundus)
- litterae \_\_\_\_\_ (p̄īmus)
- vocābulum \_\_\_\_\_ (tertius)

9. Responu les preguntes següents:

- Quid sunt INSVLA et OPPIDVM?
- Num tres litterae sunt in vocābulō INSVLA?
- Quid est B?
- Quid est III?

# Capitulum II

## Līberī et librī

Quid est Tūsculum? Tūsculum est oppidum Rōmānum. Estne māgnum oppidum? Tūsculum nōn māgnum, sed parvum oppidum est. Ubi est Tūsculum? Tūsculum est in Italiā. Quis est Iūlius? Iūlius est vir Rōmānus. Cuius vir est? Iūlius vir Aemiliae est. Ubi est Iūlius? Est in oppidō Tūsculō. Estne Aemilia in oppidō? Aemilia in oppidō nōn est.

Cornēlius: "Ubi est vir tuus, Aemilia?"

Aemilia: "Iūlius, vir meus, in oppidō Tūsculō est. Sed ecce Mārcus, filius meus, et Dēlia."

Cornēlius: "Quae est Dēlia?"

Aemilia: "Dēlia ancilla mea est."

Cornēlius: "Estne Syra quoque ancilla tua?"

Aemilia: "Dēlia et Syra et cēterae multae sunt ancillae meae. In familiā meā sunt multae ancillae multīque servī – sed paucī līberī."

Cornēlius: "Quot filiī et quot filiae?"

Aemilia: "Duo filiī et ūna filia. Filiī meī sunt Mārcus et Quīntus, filia mea est Iūlia. In familiā meā sunt centum servī et trēs līberī."

Cornēlius: "Quot līberī in familiā tuā sunt?"

Aemilia: "Trēs."

1. Poseu les paraules entre parèntesi en la forma adient de genitiu:

- Iulius est vir \_\_\_\_\_ (Aemilia)
- Aemilia est mater \_\_\_\_\_ (Marcus)
- Aemilia est domina \_\_\_\_\_ (Delia)
- Delia est ancilla \_\_\_\_\_ (Aemilia)
- Delia et Syra sunt ancillae \_\_\_\_\_ (Iulius)
- In familia Iulii et Aemiliae magnus est numerus \_\_\_\_\_ (servi)
- Sed in familia parvus est numerus \_\_\_\_\_ (liberi)
- Aemilia est mater \_\_\_\_\_ (Iulia)

2. Respondeu les preguntes següents:

- Ubi est Iulius?
- Cuius filius est Marcus?

- Cuius ancilla est Delia?
- Quae est Delia?
- Num pauci servi sunt in familia Iulii?
- Quot filiae sunt in familia Iulii?
- Num tres filii sunt in familia Iulii?

Cornēlius: “Centum est māgnus numerus! In meā familiā parvus numerus servōrum est. Neque māgnus est numerus līberōrum meōrum.”

Aemilia: “Quot sunt līberī tuī?”

Cornēlius: “Duo: ūnus filius, Sextus, et ūna filia, Cornēlia. Parvus est numerus līberōrum – sed numerus librōrum meōrum nōn parvus est! Librī meī sunt māgnī et parvī, antīquī novīque: centum librī Latīnī et Graecī.”

Aemilia: “Centum librī! Māgnus est numerus librōrum tuōrum!”

Cornēlius: “Ecce liber meus novus; titulus librī est GRAMMATICA LATINA.”

Līberī et liber duo vocābula masculīna sunt. Līberī est plūrālis, liber singulāris est – plūrālis: librī.

3. Poseu les paraules entre parèntesi en la forma adient de genitiu:

- Cornelius est pater \_\_\_\_\_ (Sextus)
- Cornelia quoque est pater \_\_\_\_\_ (Cornelia)
- In familia Cornelii parvus est numerus \_\_\_\_\_ (liberi)
- Numerus \_\_\_\_\_ (libri) \_\_\_\_\_ (Latini) et \_\_\_\_\_ (Graeci) est magnus.

4. Digueu si les paraules següents són masculines, femenines o neutres:

- numerus:
- libri:
- oppida:
- liberi:
- filiae:
- servi:
- titulus:
- vocabula:

5. Respondeu les preguntes següents:

- Num multi servi sunt in familia Corneli?
- Quot filii et quot filiae sunt in familia Corneli?
- Estne parvus numerus librorum Corneli?
- Cuius est liber GRAMMATICA LATINA?

# Capitulum III

## Pater dormit

Iūlia, fīlia Iūlii et Aemiliae, est parva puella laeta quae cantat et rīdet. Sed iam nōn cantat puella neque rīdet, sed plōrat: “Uhuhū!” Cūr plōrat Iūlia? Puella plōrat quia Mārcus eam pulsāt. Mārcus est puer improbus quī parvam puellam pulsāt – et rīdet!

Aemilia audit fīliam quae plōrat.

Iūlia Iūlium vocat: “Pater! Pa-ater!”

Māter fīliam audit, neque pater eam audit. Aemilia Syram ancillam interrogat: “Ubi est vir meus? Iūlia eum vocat. Cūr nōn venit?”

Syra: “Dominus dormit.”

Aemilia Iūlium nōn videt, sed audit: “Ssst-rrrch, ssst-rrrch!” Iūlius dormit neque Iūliam audit.

Aemilia: “Ō! Fīlia plōrat – et pater dormit!”

Iūlia: “Uhuhū! Mārcus mē pulsāt!”

Mārcus rīdet: “Hahahae!”

1. A partir de la informació del text, feu frases que tinguin sentit amb les paraules que es donen a continuació (tingueu en compte els casos nominatiu i acusatiu):

- Marcus / Iulia / pulsāt
- puer improbus / parva puella / pulsāt
- mater / filia / audit
- filia / Iulius / vocat
- Aemilia / Iulia / audit
- Iulius / filia / non / audit
- domina / ancilla / interrogat
- femina / vir / audit

2. Seguint l'exemple següent, feu frases de relatiu amb qui, quae, segons convingui:

- Marcus pulsāt, Iulia cantat = Marcus pulsāt **Iuliam quae** cantat.
- Marcus audit, Iulia laeta est =
- Mater audit, Iulia plorat =
- Ancilla audit, Iulia Iulium vocat.
- Iulia vocat, Iulius dormit.

3. Respondeu les preguntes següents:

- Cur cantat et ridet Iulia?
- Quam pulsat Marcus?
- Cur Marcus est puer improbus?
- Quem audit Aemilia?
- Quem vocat Iulia?
- Cur Iulius Iuliam non audit?
- Cur Aemilia est irata?

Pater audit filiam quae plōrat et filium quī rīdet. Iam nōn dormit Iūlius.

Ecce Iūlius venit et Aemiliam interrogat: “Cūr Iūlia plōrat et Mārcus rīdet?”

Aemilia respondet: “Mārcus rīdet, quia Iūlia plōrat, et Iūlia plōrat et tē vocat, quia Mārcus eam pulsat. Puer improbus est Mārcus!”

Iūlius Mārcum vocat. Mārcus venit et Iūlium irātum videt. Iam nōn rīdet puer. Pater irātus filium improbum verberat!

4. A partir de la informació del text, feu frases que tinguin sentit amb les paraules que es donen a continuació (tingueu en compte els casos nominatiu i acusatiu):

- Iulius / Iulia / audit
- pater / Aemilia / interrogat
- pater / filius / vocat
- Iulius / Marcus improbus / verberat

5. Respondeu les preguntes següents:

- Quem audit Iulius?
- Quem interrogat pater?
- Cur ridet Marcus?
- Cur Marcus venit?
- Quem videt Marcus?
- Cur iam non ridet Marcus?
- Quem verberat Iulius?



# Capitulum IV

## Ānulus<sup>1</sup> Iūliae

Iūlia, domina ancillārum, Melittam, ancillam suam probam, vocat. Melitta, quae eam audit, venit.

Iūliam Melitta interrogat: “Quid est, domina?”

Iūlia: “ō Melitta, mea proba ancilla: ubi est ānulus meus?” Iūlia ānulum suum nōn videt.

Melitta nōn respondet. Cūr Melitta nōn respondet? Melitta nōn respondet, quia ānulus in sacculō Dēliae est! Dēlia, quae ānulum in sacculō habet, ancilla improba est.

Melitta: “ānulus tuus hīc nōn est, domina.”

Iūlia: “Ubi est Dēlia?”

Melitta: “Dēlia dormit.”

Iūlia: “Quid? dormit? ”

Dēlia laeta cantat: “Lalla, lalla.” Domina eam audit: “Dēlia nōn dormit, sed cantat!”

Iūlia, quae īrāta est, Dēliam vocat: “Dēlia!”

1: anulus, -i → “anell”

1. Respondeu les preguntes següents:

- Quae est Iulia?
- Quae est Melitta?
- Cur Iulia anulum suum non videt?
- Cur Delia ancilla improba est?
- Cuius est anulus, qui in sacculo Deliae est?

2. Construïu frases en imperatiu amb les paraules següents, com es mostra en l'exemple:

- Iulia imperat, ancilla paret. sacculus / sumit = Iulia: “**Sacculum sume, ancilla!**”
- Iulia imperat, Melitta paret. venit =
- Iulia imperat, Melitta paret. Delia / vocat =
- Iulia imperat, Melitta paret. improba ancilla / audit =
- Iulia imperat, Delia paret. tacet =

Dēlia, quae dominam Irātā audit, iam nōn cantat, neque rīdet. Dēlia venit;

Dēlia, quam Melitta videt sed domina nōn videt, ancillam interrogat: "Cūr mē domina vocat?" Melitta respondet: "Domina tē vocat, quia ānulus in sacculō tuō est. Cuius est ānulus, Dēlia? Num tuus est?" Dēlia nōn respondet, sed ānulum in lectō<sup>2</sup> dominae pōnit. Iam ānulus in dominae lectō est.

Iūlia, quae iam videt Dēliam sed ānulum in lectō nōn videt, eam interrogat: "Ubi est ānulus meus, Dēlia?"

Dēlia: "Ecce ānulus tuus, domina. ānulus in lectō tuō est."

Iūlia, quae iam ānulum videt, laeta est. Sed Dēlia nōn est laeta, quia ānulum nōn iam in sacculō suō habet. Melitta laeta est et rīdet. Cūr Melitta laeta est? Melitta laeta est, quia ancilla proba est.

2: lectus, -i → "Ilit"

3. Respondeu les preguntes següents:

- Cur Delia venit?
- Quam Delia audit?
- Num anulus Deliae est?
- Cur tacet Delia?
- Quid non videt Iulia in lecto suo?
- Cur laeta est Iulia?
- Cur Delia laeta non iam est?
- Cur Melitta ancilla proba est?

4. Construïu frases en imperatiu amb les paraules següents:

- Iulia imperat, ancilla improba paret. venit =
- Melitta imperat, Delia paret. respondet =
- Melitta imperat, Delia paret. anulus Iuliae / in lecto eius / ponit =
- Delia imperat, Iulia paret. anulus / in lecto tuo / videt =

# Capitulum V

## Mēdus servus bonus nōn est

Iūlia Aemiliam interrogat: “Mamma, cūr pater īrātus est? Cūr nōn laetus est, neque rīdet? Līberī eius probī sunt: Mārcus quoque nōn est improbus: ecce, mē nōn iam pulsat, neque Quīntum accūsāt.”

Aemilia: “Pater īrātus est, quia sacculus eius vacuus est. Nūllus servōrum pāret: pater vocat Mēdum, quī nōn adest, neque Mēdus, quī est servus improbus, venit.”

Iūlia: “Sed cūr Mēdus nōn venit? Nōn venit, quia pater īrātus est, et Mēdus timet<sup>1</sup> dominum suum īrātum, quia pater eum baculō verberat. Sed mē nōn timet.”

1: timet → ‘témér’, ‘tenir por de’

1. Tal com es fa en l'exemple següent, canvieu les paraules en negreta per el seu pronom pertinent:

- Iulia **Aemiliam** interrogat = Iulia eam interrogat
- Cur **pater** iratus est? =
- **Liberi** probi sunt. =
- Neque **Quintum** accusat. =
- Nullus **servorum** paret. =
- Pater vocat **Medum**. =
- Medus timet **dominum**. =
- Pater Medum **baculo** verberat. =

2. Respondeu les preguntes següents:

- Quis Aemiliam interrogat?
- Cur Marcus non iam est improbus?
- Quot servi parent?
- Cur non venit Medus?
- Quem timet Medus?
- Quem baculo verberat dominus?

Iūlia Mēdum vocat: “Mēde, venī! Iūlia, nōn dominus Irātus tē vocat!”

Sed Mēdus nōn audit, neque venit. Cūr Mēdus nōn venit? Quia Mēdus nōn adest, sed abest. Cūr Mēdus abest? Quia Mēdus in sacculō suō magnum numerum nummōrum habet. Cuius sunt nummī? Nummī nōn Mēdī, sed Iūliī sunt. Mēdus in sacculō suō Iūliī nummōs habet et dominum timet. Mēdus nōn iam in familiā, sed in oppidō Tūsculō est.

Mārcus: “Hahahae! Mēdus nōn audit tē, neque venit!”

Aemilia: “Mārce, improbe puer!” Aemilia baculum, quod est in mēnsā, sūmit. Mārcus, quī baculum videt, timet, tacet et discēdit.

Iūlia: “Mēdus nōn respondet, neque venit. Dormitne servus?”

Aemilia: “Iūlia, mea parva fīlia: Mēdus nōn dormit: nōn respondet neque venit, quia abest. Mēdus nōn iam in familiā est.”

Iūlia: “Ubi est Mēdus, mamma? Num in oppidō est?”

Aemilia nōn respondet.

3. Canvieu les paraules en negreta de les oracions següents pel seu pronom pertinent:

- Iulia **Medum** vocat. =
- Medus in **sacculo** nummos habet. =
- Medus in sacculo **nummos** habet. =
- Nummi **Iulii** sunt. =
- Medus **dominum** timet. =
- Aemilia **baculum** sumit. =

4. Responen les preguntes següents:

- Quem Iulia vocat?
- Cur Medus Iuliam non audit?
- Ubi sunt nummi Iulii?
- Num parvum numerum nummorum habet Medus?
- Ubi est Medus?
- Cur ridet Marcus?
- Cur discedit Marcus?

Lūlia Dāvum et Ursum, servōs probōs quī sunt in familiā lūliī, vocat: “Dāve! Urse! Venīte!”  
Dāvus et Ursus veniunt.

Lūlia: “Dāve, Urse, ubi est Mēdus?” Dāvus tacet, quia probus servus est. Servus probus servum nōn accūsāt.

Ursus respondet: “Mēdus nōn iam hīc est, lūlia.”

Lūlia plōrat, quia Mēdum nōn iam videt.

Dāvus: “Venī, lūlia: vidē: quot librōs habet pater tuus! Magnus est numerus librōrum, quōs lūlius habet! Numerā eōs!”

Lūlia nōn iam plōrat, sed librōs numerat: “ūnus, duo, trēs, quattuor, quīnque... centum!”

Dāvus: “Centum! Nōnne magnus est numerus librōrum, quōs pater tuus habet?”

Lūlia nōn iam plōrat, sed rīdet. Aemilia laeta est, quia fīlia eius nōn iam plōrat.

5. Canvieu les paraules en negreta de les frases següents pel seu pronom corresponent:

- Lulia **servos probos** vocat. =
- **Servi** veniunt. =
- **Davus** tacet. =
- Servus probus **servum** non accusat. =
- Magnus est numerus **librorum**. =
- Lulia **libros** numerat. =
- **Filia** iam non plorat. =

6. Responen les preguntes següents:

- Ubi sunt servi probi?
- Cur Davus tacet et probus servus est?
- Num paucos libros habet Iulius?
- Quot libros Iulius habet?
- Quae iam ridet?

# Capitulum VI

## Dāvus bonus servus est

Aemilia cum Syrā ancillā in ātriō est. Dāvus ex peristylō venit.

Aemilia eum interrogat: “Ubi est vir meus? Estne in peristylō?”

Dāvus respondet: “Dominus in hortō est et Mēdum vocat, sed Mēdus abest neque venit.”

Aemilia: “Mēdus nōn venit quia nummōs dominī suī habet. Is servus improbus est!” Dāvus tacet. Iūlius ex hortō venit sine Mēdō. Sacculum suum in mēnsā pōnit.

1. Canvieu de veu, d'activa a passiva i viceversa, les frases següents:

- Aemilia Davum interrogat. =
- Dominus Medum vocat. =
- Iulius sacculum in mensa ponit. =

2. Respondeu les preguntes següents:

- Estne Aemilia sola?
- Num Aemilia et Syra in horto sunt?
- Unde venit Davus?
- Quid agit Iulius in horto?
- Cuius sunt nummi quos Medus habet?
- Num cum Medo venit Iulius?
- Unde venit Iulius?
- Cuius est sacculus quem Iulius in mensa ponit?

Iūlius: “Ecce sacculus meus. In eō nōn centum, sed tantum decem nummī sunt. Cēterī nummī sunt in sacculō Mēdī!” Dominus suum Mēdum servum accūsāt.

Aemilia: “Nōn decem, sed tantum novem nummī sunt in sacculō tuō.”

Iūlius paucōs nummōs suōs numerat: “Ūnus, duo, trēs, quattuor, quīnque, sex, septem, octō, novem. Quid? Novem tantum? Cūr ūnus nummus abest?”

Aemilia: “Quia in sacculō Dāvī est, neque tuus, sed Dāvī est nummus. Ecce Dāvus adest. Is nūllum tuum nummum habet. Nōn Dāvum, sed Mēdum accūsā!”

Dāvus: “Ecce sacculus meus, domine. In eō ūnus est nummus, quī meus est.”

Iūlius: “Ō Dāve, nummum habē, bone serve! Nōn meus, sed tuus est.”

Aemilia rīdet. Etiam Iūlius rīdet neque Dāvum, servum probum, accūsat.

3. Canvieu de veu, d'activa a passiva i viceversa, les frases següents:

- Dominus Medum accusat. =
- Iulius paucos nummos numerat. =
- Iulius Davum, servum probum, non accusat. =

4. Respondeu les preguntes següents:

- Ubi sunt nummi Iulii qui absunt?
- Cur Iulius Medum accusat?
- Num magnus numerus nummorum est in sacculo Iulii?
- Quot nummi sunt in sacculo domini?
- Cuius est nummus qui in sacculo Davi est?
- Cur Davus bonus servus est?

# Capitulum VII

## Speculum Aemiliae

Syra et Dēlia ancillae ex ātriō exeunt.

Syra: “Venī in cubiculum lūliae. Illīc bonum speculum est. lūlia speculum Aemiliae in cubiculō suō habet.”

Syra et Dēlia in cubiculum lūliae intrant. In cubiculō eius est parva mēnsa. Syra videt speculum, quod in mēnsā est.

Syra: “Ecce speculum in mēnsā. Claude oculōs, Dēlia!”

Dēlia oculōs claudit. Syra speculum sūmit et ante Dēliam tenet.

Syra: “Iam aperī oculōs!”

Dēlia oculōs aperit et sē videt in speculō, quod ā Syrā tenētur. Oculī Dēliae pulchrī sunt et fōrmōsus est nāsus eius. Dēlia est ancilla fōrmōsa.

Syra: “Ecce oculī tuī pulchrī et nāsus tuus fōrmōsus.”

1. Responde les preguntas següents:

- Unde veniunt Syra et Delia?
- Quo eunt ancillae? Cur?
- Cuius est speculum quod in cubiculo luliae est?
- Ubi est speculum quod Syra videt?
- Quis tenet speculum?
- Quid in speculo videt Delia?
- Cuius sunt oculi pulchri et nasus formosus?
- Quae ancilla est formosa?

Dēlia verbīs Syrae dēlectātur et sē ad eam vertit. In oculīs Syrae lacrimās videt.

Dēlia: “Quid est, Syra? Ecce lacrimae in oculīs tuīs!”

Syra: “Oculī meī nōn tam pulchrī sunt quam tuī et foedus est nāsus meus.”

Dēlia: “Ō Syra! Tergē oculōs! Nōn pulchrī sunt oculī plēnī lacrimārum. Sine lacrimīs pulchrī sunt oculī tuī, neque nāsus tuus foedus est, sed tam fōrmōsus quam – hoc pirum!”

Syra oculōs terget et Dēliam interrogat: “Iamne pulchrī sunt oculī meī?”

Dēlia rīdet et eī speculum dat: “Ecce speculum. Vidē oculōs tuōs in speculō.”

Syra speculum ante sē tenet – neque rīdet neque lacrimat.



2. Respondeu les preguntes següents:

- Num Delia irata est?
- Quo se vertit Delia?
- Quid agit Syra?
- Cur oculi Syrae pleni sunt lacrimarum?
- Num pirum terget Syra?
- Cui dat speculum Delia?
- Quis tenet speculum?

Aemilia in cubiculō suō ancillās suās exspectat, neque ancillae veniunt; itaque Aemilia eās vocat: “Syra et Dēlia! Venīte!”

Ancillae, quae dominam suam audiunt, ex cubiculō Iūliae exeunt et in cubiculum Aemiliae intrant. Illīc nōn solum Aemilia, sed etiam Iūlia adest.

Aemilia imperat: “Syra, ī cum Iūliā in hortum! Illīc inter rosās ambulāte, nam Iūlia rosīs dēlectātur.” Syra cum Iūliā discēdit.

Aemilia (ad Dēliam): “Sūme speculum, Dēlia, et ante mē tenē!”

Dēlia: “Sed speculum tuum hīc nōn est.”

Aemilia: “Quid? Ubi est speculum meum? Cūr in mēnsā meā nōn est?”

Syra: “Speculum tuum est in cubiculō Iūliae. Iūlia speculum tuum habet.”

Aemilia: “Quid agit Iūlia cum speculō meō?”

3. Respondeu les preguntes següents:

- Ubi Aemilia ancillas vocat?
- Quem audiunt ancillae?
- Unde veniunt Syra et Delia?
- Num sola est Aemilia in cubiculo suo?
- Cur Iulia est laeta in horto?
- Solane Iulia e cubiculo exit?
- Num speculum Aemiliae in cubiculo Aemiliae est?